

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. I. Recténe aßignata sit hæc peccati in mortale & veniale divisio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

DISPUTATIO CIIII.

De Peccato Mortali & Veniali.

PECCATUM mortale juxta communem Theologorum sententiam illud est, Quid super-
catur mortale
tale, quid
veniale. quod mortem affert animæ, & aeternam pœnam meretur. Veniale autem, Hac contro-
versia tota
est cum ha-
reticis, licet offensa Dei sit, tam gravia tamen damna non infert; nec enim hominem gratia, quæ vita animæ est, spoliat, nec viam ad calum simpliciter intercludit, nec denique, qui illud admittit, gravem Dei offensionem incurrit. Hec porro ant neutrī-
ria : nostro itaque hoc seculo, ut in aliis pluri-
temporis ba-
mis, ita & in hac de peccato mortali & veniali
controversia errarunt sectarii ; quamvis enim no-
mine tenus distinctionem peccati mortalis & ve-
nialis admittant, re tamen verâ omnem inter illa
differentiam tollunt ; peccatum enim quodcumque ex naturâ suâ mortale esse pronunciant etiam ipsos motus concupiscentiae necessarios, in justis tamen quedam ex Dei misericordia fieri dicunt venialia : ita Calvinus lib. 2. init. cap. 8. Lutherus vero de captivitate Babylonica, licet peccata omnia in infidelibus velite esse mortalia, in baptizatis tamen ait folam infidelitatem esse peccatum mortale, unde hominem fidem quæcumque committat scelera, affirmat salutem perdere non posse, nisi nolit credere. Cujus tamen doctrina cum eum postea puderet, eandem retractavit.

SECTIO PRIMA.

Recte aſſignata fit hæc peccati in mortale & veniale diſiſio.

I. Error Stoicorum dicendum peccatum omnia esse aequalia. ANC peccati diſionem reipſanc- garunt Stoici, utpote qui peccata omnia dicebant esse aequalia. Ratio corum erat, quod virtutes omnes effient in perfectione parcs. Sed hoc fundamentum nullum est, suprà enim Disp. 97. ostendimus inter virtutes, alias aliis esse perfe- ctores. Nec etiam quidquam momenti habet quod aiunt ideo peccata esse aequalia, quia sunt recessus à virtute, recessus autem, inquit, confi- lit in invidibili. Sed hoc, ut dixi, nullius est momenti, in recessu enim maxima est differentia, & alia magis alia minus à re aliqua recidunt, ut tum in recessu locali, tum in aliis constat; colo- res enim omnes recidunt ab albedine, & tamen maxima inter eos est differentia & inæqualitas, & unus plus, aliis minus ab ea recedit. Hic error ulterius impugnabitur, iis omnibus quæ mox contra hæreticos afferuntur.

II. Jovinianus, Pelagius, & Wicelij circa mortale peccatum & veniale error. Hunc etiam errorem teste Divo Augustino lib. de hæresibus, cap. 82. & S. Hieronymo lib. 20, tenuit Jovinianus, qui inter mortale & veniale peccatum diſcriben penitus ſufſulit, & omnimodo inter ea posuit paritatem. Jovinianus ſe- cutus est Pelagius, omneque omnino peccatum dixit esse mortale, & per illud iuſtitiam amitti; qui proinde ne nullos afferret in Ecclesiâ esse iuſtos, homines in hac vitâ ſine omni peccato vi- vere posse affirmabat. Tandem Joannes Wicelij peccatum omne dicebat esse mortis aeternæ in- ductivum: imò eo audacia & impudentia pro- gressus est, ut Ecclesiam reprehenderet, quod mortale inter & veniale peccatum diſcriben ignoraret.

III. Quid de peccatis in mortali & ve- niale diſcri- buntur. Nostro hoc seculo non minùs monſtrorum ferace, quām fuere præcedentia, imò multò fe- raciore, utpote in quo, & ſepulti dudum, oblivio- niq[ue] propemodum traditi antiquorum errores ē tenebris denuo eruuntur, & nova cudituntur

dogmata, veritati Fidei Ecclesiæ que ſcitiſ contra- Peccata om-
nia naturâ
ſuâ effe mor-
talia affer-
mant huius
atatis hæ-
retici.

temporis ba-
mis, ita & in hac de peccato mortali & veniali
controversia errarunt ſectarii ; quamvis enim no-

mine tenus diſtinctionem peccati mortalis & ve- IV.

nialis admittant, re tamen verâ omnem inter illa
differentiam tollunt ; peccatum enim quodcumque ex naturâ suâ mortale effe pronunciant etiam
ipsos motus concupiscentiae necessarios, in justis tamen quedam ex Dei misericordia fieri dicunt
venialia : ita Calvinus lib. 2. init. cap. 8. Lutherus
vero de captivitate Babylonica, licet peccata omnia in infidelibus velite esse mortalia, in baptizatis tamen ait folam infidelitatem esse peccatum mortale, unde hominem fidem quæcumque committat scelera, affirmat salutem perdere non posse, nisi nolit credere. Cujus tamen doctrina cum eum postea puderet, eandem retractavit.

Ex Catholicis etiam nonnulli peccatum omnes etiam veniale, afferunt esse ex naturâ suâ mortale, quedam tamen ſemper reddi aiunt venialia, non quod exiſtant in justis vel praedestinatis, ut volunt hæretici, sed quod Deus live in fidelis live in infideſi ſemper ea leviter imputare & punire decreverit, ac proinde per hoc docent ea ſemper effe venialia. Ita ſentire videtur Geron de vitâ ſpiritu- V.

rituali, lectione primâ, & alii nonnulli : quam etiam ſententiam docet Michael Baius lib. 2. de meritis operationum, cap. 8. hic tamen propius accedit ad opinionē hæreticorum, cum hoc aſcribere videatur iuſtificatione, cuius proinde in Bul- Peccata
quidam ex
naturâ suâ
gravia ſunt,
naturâ suâ
levia, non ex merâ ordi-
natione divinâ.

la Pii V. & Gregorij XIII. hic articulus inter alios referitur & damnatur: Nullum est peccatum ex naturâ suâ veniale, ſed omne peccatum meretur pœnam aeternam.

Dicendum nihilominus cum certissimâ ortho- Peccata
quidam ex
naturâ suâ
gravia ſunt,
naturâ suâ
levia.
doxorum ſententiâ, diſſerentes naturâ suâ peccata venialia à mortalibus, ita ut quedam peccata ex ſe gravia ſint, quedam levia, non ex merâ ordi- natione divinâ. Probatur primò: in Scripturâ quedam le- etenim quedam peccata comparantur maximis, quedam minimis rebus, ut culici, cameloi, festucae, trabi, & cetera, ergo aliqua ſint ex naturâ suâ gravia, aliqua levia, altoqui omnia aequâ ſimi- lia effent, cameloi & trabi, ac culici & festucae.

Probatur

VI. Probatur secundò : Deus enim peccatis peccata nostrā eternā dignis , eandem infligit : sic Ezech. 18. *Dominus peccatis peccata nostrā eternā dignis, & impietas impii erit super eum,* Matthaei item 5. *sandem in ver. 26. Non exies inde donec reddas novissimum quadrantem;* ergo si peccata venialia ejusmodi etiam peccatum mereantur , absque fundamento dicunt Sectarii illam non infligi.

VII. Confirmatur : nam lumine naturae notum videtur, quādam delicta, vel ex ipso objecto maximē foeda, horrenda & abominabilia esse, quādam vero levia , utpote qua inter amicos facile contingeret posse, citra violationem amicitia, ergo &c. Confirmatur secundò : justi siquidem Dicique amici habent quādam peccata , sed hæc non sunt mortalia , sic enim tollerent gratiam & iustitiam, ergo : major probatur . Joannis namq[ue] primæ vers. 8. dicitur , *Si dixerimus quoniam peccatum non quareperit nobis, veritas in nobis non est;* & Jacobi 3. vers. 2. *In multis offendimus, cùm tamen Apostoli, iusti efficiantur, utpote quibus dixit Christus Joannis 13. vers. 10. Vos mundi estis : unde juxta S. Augustinum, Iustorum illa vox est humili & vera, Dimitte nobis debita nostra.* Videantur plura in Bellarmino citato.

SECTIO SECUNDA.

Argumenta contendentia peccata venialis & mortalia non distingui.

I. **O**BICTES primò : ponamus argumentandum calculatorium ad probandum non dari peccata venialis. Argumentum calculatorium ad probandum non dari peccata venialis : si quis ergo viginti asse furaretur, committeret peccatum mortale , ergo & qui furaretur novendecim, cùm quantum furtum viginti assium superat furtum novendecim, tantum hoc secundum furtum superat furtum octodecim, & sic de ceteris, ergo vel furtū omnia usque ad furtum duorum vel trium assium erunt mortalia , vel nec furtum viginti assium , nec cuiuscumque summa majoris erit mortale , cùm quācumque summa statuta , eadem fieri possit calculatio.

II. Sed contrà : hoc enim argumentum nullo modo probat non dari ulla peccata venialis , sed ad summum non dari in hac particulari materia , quo tamen non obstante dari poterunt peccata venialis in alio genere , ut verba otiosa , mendacium jocosum & officiosum, item illa quæ per surreptitionem, & indeliberationem committuntur &c. De quo sectione sequente redibit sermo.

III. Deinde , ne quidem in hac materia probat non dari peccatum veniale. Respondetur itaque , non ideo præcisè furtum viginti assium esse mortale , quia uno asse superat furtum novendecim, sed quia viginti asse simpliciter ab omnibus censetur materia gravis , quæ proinde , & omnes illi superioris constituant quantitatē sufficientem ad peccatum mortale ; quācumque autem quantitas ad hanc non accedit , constituit solummodo peccatum veniale. Sic etiam in ebrietate ultimus haustus , quamvis exiguis , eo ipso tamen quod inducat ebrietatem , constituit peccatum mortale , antecedentes verò , si cum levi intemperantiā sumantur , constituant peccata venialis.

IV. Objicunt heretici secundò varia Scriptura loca , Matthaei enim 5. vers. 19. dicitur , *Qui solverit unum de mandatis istius minimis, & docuerit sic homines &c.* Sic etiam dicitur mors stipendum peccati : item

mors & poena æterna assignatur iis, qui legem violant. Confirmatur : peccata ideo solum disipli- cent Deo, quia sunt contra ipsius legem , sed omnia sunt æqualiter contra legem , ergo omnia ex se æqualiter etiam sunt mala.

Sed hæc Scriptura loca etiam urgent hereticos : probare enim videntur , non solum peccata omnia esse mortalia , sed de facto puniri morte & poena æternā. Respondetur ergo sermonem plurumque esse de decalogo, si quis verò violet unum ex illis preceptis , meretur poenam æternam , non precepit , autem censetur violari absolute & simpliciter per peccatum veniale , sed solum secundum quid , ob levitatem scilicet materiae : sicut in humanis non censetur quis simpliciter violare leges amicitia , ex eo quod amicum , levi aliquā negligentiā aut verbo subinde offendat.

Ad illud verò Matthaei 5. respondent aliqui cum Sancto Chrysostomo & Theophylacto in hunc locum , per minima mandata ibi intelligi mandata illa , quæ Christus ibidem adjecti supra iustitiam Scribarum & Phariseorum , semper non concupiscendum, non odio habendum proximum &c. que lièt gravia , minora tamen sunt illis aliis , non occides &c. Secundò dicunt alii cum Sancto Hieronymo , hoc loco intelligi , non eos qui solummodo malè agunt , sed etiam doctrinam Sacram depravant , & hac ratione alios docent , male legem explicando , quod ex genere suo est peccatum grave. Ad Confirmationem negatur major , multa enim mala sunt ex se , & ideo à Deo prohibita , unde si leytor tantum sint contra rationem & ut talia prohibentur , leviter etiam displicebunt post prohibitionem , si utalia cognita fiant. Unde sicut inter homines , ita & à Deo aliquid leviter prohiberi potest , sicut si fiat , non erit peccatum grave , nec hujusmodi peccati stipendum erit mors , sed solum peccati autonomastice dicti , quod est solum mortale.

Objicunt aliquis tertio : illud peccatum est mortale , quod seclusus omni gratuitâ condonatione Dic , excluderet perpetuò & regno cœlorum , & mereretur semper puniri , sed tale est omne peccatum , etiam veniale , ergo . Confirmatur primò : lo ; ergo ex illo Joannis 13. vers. 8. ubi ait Christus Sancto ne peccatum Petro , *Si non layero te, non habebis partem mecum.* Confirmatur secundò : omne opus bonum , etiam minimum , meretur ex naturâ suâ & bonitate intrinsecâ vitam & p̄m̄num æternum , ergo & omne malum eternam poenam.

Ad argumentum negatur minor , sièt enim secundum communem sententiam veniale peccatum conjunctum cum mortali perpetuò puniatur in inferno , hoc tamen est per accidens , unde cùm homini sine peccato gravi decedenti debeat beatitudo , debetur etiam remissio venialium , saltē in sequente vita , cui enim debetur finis debentur media. Ad primam Confirmationem dico , nil aliud inde inferri , nisi ut homo ingrediatur cœlum debere ipsum mundari à peccatis etiam venialibus , vel hic vel in alia vita. Ad secundam Confirmationem Respondetur , opus bonum non ex se & naturâ suâ intrinsecâ præcisè , mereri p̄m̄num æternum , sed prout dignificatur & vivificatur à gratiâ : unde nec opus etiam malum merebitur poenam æternam , nisi sit enormiter contra rationem.

Objicunt quartò : committi nunquam potest peccatum veniale ob bonum quantumcumque magnum , conversionem exempli gratiâ totius mundi , ergo est malum longè maximum. Confirmatur : posset

Per peccata venialia non violentur simpliciter & absoluuntur. V. *Quādam peccata vel ex obiecto scūnūt esse gravia, quādam levia.*

VI. *Quādam peccata vel ex obiecto scūnūt esse gravia, quādam levia.* *Ex parte illius modi explicatur à Patribus id quod docet Christus de mandatis minimis.*

VII. *Quādam peccata vel ex obiecto scūnūt esse gravia, quādam levia.* *Ex parte illius modi explicatur à Patribus id quod docet Christus de mandatis minimis.*

VIII. *Quādam peccata vel ex obiecto scūnūt esse gravia, quādam levia.* *Ex parte illius modi explicatur à Patribus id quod docet Christus de mandatis minimis.*

IX. *Quādam peccata vel ex obiecto scūnūt esse gravia, quādam levia.* *Ex parte illius modi explicatur à Patribus id quod docet Christus de mandatis minimis.*